



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

42 Qvo Ingenio Bona Qvaedam Laica quę ecclesijs, aut alijs religiosis
domibus certis pactionibus vendita sunt, vel hypothecata, ditioni
Ecclesiasticæ subiugari conentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

gulariter personis laicis, vnc̄ distrahi aut vendi possint, & tamen ecclesiastici, nulla cogente necessitate, sed tantū, vt eos cum res familiaris reddatur lautior, crescantq̄ census, nunq̄ non cessant, laicorū prædia emptionibus, innumerisq; alijs modis ad se pellicere, si qua tandem sit possibile via. Quod ipsum quoq; statibus laicis graue, dānosum, ac intolerabile est. Quam ob rem Sa. Ro. Impe. Status laici reipub. Germanorum vtile, necessariumq; putauerūt, si omnia bona immobilia, soli, s. quæ posthac aliquo quocunq; tandem titulo a laicis ad ecclesiasticos peruenirēt, possent a laicis superiorib;, quorum ditioni predia hæc subiecta forent, tandem ab ecclesiasticis redimi, lui, atq; iusto precio vendicari, nō considerato, quicquid cōtra hoc priuilegiorū prætēderent ecclesiastici.

QVOMODO EPISCOPI BONA HEREDITARIA

ecclesiasticorum ad se trahere conentur.

Nec raro & illud facto contigit, q; quum personæ ecclesia sticæ bona hæreditario titulo, a maioribus suis, vna cum cæteris cohæredibus, iure hæreditario sibi forte usurparent, ac si dehinc intestati deceſſissent ecclesiastici, tum per episcoporum nonnullos sibiipsis bona illa hæreditaria laicorum vendicari cæperunt, non in mediocrem proximorum venientium ab intestato cognatorum perniciem ac iacturam. Quæ res ipsa quoq; laicis non ferēda, immo omnimodo onerosa, intolerabilisq; est.

QVO INGENIO BONA QVAEDAM LAICA

quæ ecclesijs, aut alijs religiosis domibus certis pactionibus vendita sunt, vel hypothecata, ditioni Ecclesiasticæ subiugari conentur.

Ad hæc, si quando casu ita contingit, q; bona laica temporali iurisdictioni subiecta, fructibus, redditibus, censibus ue annuis ecclesijs, ac cæteris religiosis domibus legentur, vendantur, hypothecantur, aut quoquis alio titulo tradantur, vel a laicis erga ecclesiias ac monasteria annuo censu tributa-

D ij

ea efficiantur, moluntur ecclesiastici, tala predia laica ex ci-
trili potestate ac ditione in ecclesiasticam transferre, atque huic
vicinorum iniquo illicito conatu, Episcopi, ecclesiasticique pa-
trocinantur prelati, tuerunturque rem longe iniquissimam, tantum
abest, ut in hoc quemque reuereantur ecclesiastici,

DE COLLATIONE BENEFICIORVM

Ecclesiasticorum iam primum fundatorum.

- 43 Item, quum beneficiū aliquod ecclesiasticū a laicis sum-
mæ vel mediae conditionis primum fundatur, dotaturque, tunc
quidam episcoporum primam eius beneficij collationem si-
bi usurpare nituntur, ac beneficij ipsius dotationem, funda-
tionemque prius confirmare recusant, quod eorum intentionibus
acquieuerint, qui beneficia ex suis censibus dotarunt, hoc
est, fundatores & patroni secundum iura etiā Canonica col-
latores ordinarij.

DE CONFIRMATIONIBVS BENEFICIORVM EC- clesiasticorū, non necessarijs, atque alijs id genus grauaminib⁹.

- 44 Praeterea si quis nouā fundationem beneficij ecclesiasticā
fraternitatis erigere, atque eandem confirmandum petere
velit, quamque confirmationis huiusce, de iure ac æquitate mis-
nime indigeat. Nihilominus tamen fundatores beneficiorū
præter modum, pecuniarū exactionibus, ad viuum usque ada-
grauantur, exugunturque, ac per Romanorum statuta, techas
nas ac subtiles practicas, eo adiunguntur, ut fundationes haec
omnes, quamvis minimi sint precij, necessario confirmen-
tur. Quod ipsum non mediocre Germanorum laicorum
est onus.

DE SVBSIDIIS ET ALIIS ONERIBVS QVAE imponuntur ecclesiasticis, qui collatores habent laicos.

- 45 Deinceps, si quādo cōtingit, ecclesiasticā psonā a laico be-
neficio aliquo dotari, & Ep̄o pro inuestura accipienda prese-
ntari, tū Episcoporū in spiritualibus, vt vocant, vicarij, pro in-
uestura tantum erogant eris, presentatis illis, quantum cole-